



ASTRONOMICVS  
NVNCIVS.

*OBSERVATIONES RECENS HABITAS  
Noui Per specillum beneficio in Luna facie, Lacteo circulo  
Stellisq; nebulosis, innumeris fixis, nec non in  
quatuor Planetis*

COSMICA STYDERA

*nuncupatis, nunquam conspectis adhuc, continens  
atque declarans.*



MAGNA equidem in hac exigua tractatione singulis de Natura speculantibus inspicienda, contemplandaq; propono. Magna, inquam, tum ob rei ipsius præstantiã, tum ob inauilitam per æuum nouitatem, tum etiam propter Organum, cuius beneficio eadem sensui nostro obuiam sese fecerunt.

Magnum sane est supra numerosam Inerrantiũ Stellarũ multitudinẽ, quæ naturali facultate in hunc vsq; diem conspici potuerunt, alias innumeras superaddere, oculisq; palam exponere, antehac conspectas nũquam, & quæ veteres, ac notas plusquam supra decuplam multiplicitem superent.

Palcerrimum, atq; visu iucundissimum est, Lunare corpus per sex denas fere terrestres dia-